



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


**Magna Gloria Antiquæ & Novissimæ Domus
Schwarzacensis A Magno Sacerdotio Sive Vita & Res
Præclare Gestæ ... DD. Abbatum Celeberrimi &
Antiquissimi Monasterii O. S. B. in Münster-Schwartzach**

Friedrich Karl <Bamberg, Bischof>

Wirceburgi, 1743

Crafft II. de Bibera Abbas XXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64362](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64362)



CRAFFTO II. de Bibera
ABBAS XXXV.

Crafftō II. ut nominis sic & omnium Antecessoris sui virtutum hæres Abbas electus est anno 1394.; neque hæres virtutum modò, sed & ærumnarum. Simili quippe Hildbranni Zöllner Monachi cujusdam nostri fraude in exilium ejectus fuit; quod quidem fatum cum Gerharδο Episcopo Herbipolensi tum commune habuit, à propriis Civibus suis sede & urbe pulso. Quemadmodum verò Cives Herbipolenses ad Berchtheim magna clade affecti suo obtemperare Episcopo coacti sunt, ità & Crafftō post annos duos operâ Hildbranni de Thüngen regnante Venerabili Antistite de Egloffstein pristinam in dignitatem restitutus fuit. Imò nobilis ille de Thüngen adeò suam erga nos benevolentiam luculenter probavit, ut communi Fratrum consilio assentiente Episcopo totum Monasterium illius fidei & curæ committeretur, quod etiam laudabili illius studio & curâ magno debitorum onere, queis obstructum laborabat, solutum fuit.

CASPA-